



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vom Lobe des alten Sachsens, nun Westfalen genannt**

**Rolevinck, Werner**

**Köln, 1865**

Capitulum 2. Unde processit gens Westphalica, et de primis cultoribus terrae illius. / Capitel 2. Von wo das Westfalenvolk gekommen ist, und von den ersten Anbauern dieses Landes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9126**

dem habitant, fortes, sani, decori, quasi rore coeli sustentati. Hi tamen ex vicinis provinciis auxilia victus sibi per labores et industriam procurare solent. Ceterum quidquid olim de Westphalia sive scriptum sive dictum sit, nos hodie videmus, quod in pinguibus bobus, vitulis, porcis, metallis, lana et lino, tritico optimo, lapidibus tam ad imagines sculpendas, sive domus extruendas, quam ad molares et cotes faciendas, lignisque ad diversos usus aptis, et aliis quibusdam ita abundat, ut circumiacentes provincias copiose reficiat, et etiam ultra mare sua mercimonia transmittat, et valde infausta nova illic nuntiaret, qui westphalica clenodia non adventura clamaret. Porro haec quanquam dei dona sint et cum omni gratiarum actione recipienda, tamen haec pauca aestimo respectu virorum proborum, qui omnibus bestiis aliisque rebus incomparabiliter praestantiores sunt omniaque excedunt, quae in obsequium humanae necessitatis veniunt, quorum copia in Westphalia esse solet a diebus antiquis, et nullam scio regionem in christi-  
tate, quae nostrae Westphaliae comparari possit in hac parte, ut tot sensatas personas utriusque sexus emittat et nihilominus suam provinciam copiose exerceat et in nullis, quae ad rem spectant, vel in minimis negligat, sitque semper parata in id ipsum, id est in personis absque ullo pretio gratis emittendis. Et de his nunc restat dicendum.

## Capitulum II.

Unde processit gens Westphalica et de primis cultoribus terrae illius.

Unde Westphalones prodierunt specialiter, aut quis princeps eorum primus extitit, aut quomodo illic primum venerunt, aut unde egressi et qualiter profecerunt in terra ista, ad liquidum reperire non potui. Quod autem verisimiliter ex coniecturis aliarum gen-



dort zu großem Erstaunen kräftige, gesunde, schöne Menschen, als ob sie vom Thau des Himmels lebten. Dieselben pflegen sich aber aus benachbarten Provinzen die nöthigen Lebensmittel durch Arbeit und Thätigkeit zu verschaffen. Was übrigens einst über Westfalen geschrieben oder gesagt worden sein mag: wir sehen heutzutage, daß es an fetten Ochsen, Kälbern, Schweinen, Metallen, Wolle und Lein, trefflichem Weizen, Steinen zu Bildhauerarbeiten und zum Häuserbau, auch zur Fertigung von Mühl- und Schleifsteinen, an Holz, das zu vielfachem Gebrauche geeignet ist, wie an manchen andern Dingen so reich ist, daß es umliegende Länder reichlich damit versieht, ja seine Waaren über das Meer versendet, und der würde dort eine sehr traurige Nachricht melden, welcher verkündete, daß Westfalens Kleinodien ausblieben. Und wie wohl das Alles eine Gabe Gottes und mit aller Dankagung hinzunehmen ist, so achte ich es doch gering im Vergleich zu den braven Männern, die unvergleichlich höher stehen, denn alle Thiere und andere Dinge, und mehr werth sind als alles, was für menschliches Bedürfnis erforderlich ist und woran Westfalen von jeher die Fülle hat, und ich kenne kein Land in der Christenheit, das sich in dieser Hinsicht mit unserem Westfalen vergleichen ließe, das soviel vernunftbegabte Personen beiderlei Geschlechts entsendet und dennoch das eigene Land vollständig bebaut, nichts, was wichtig ist, auch nur im geringsten vernachlässigt und trotzdem noch immer in der Lage ist, seine Söhne ohne allen Entgelt zu entsenden. Doch hiervon soll später gehandelt werden.

## 2. Kapitel.

### Von wo das Westfalenvolk gekommen ist und von den ersten Anbauern dieses Landes.

Von woher die Westfalen zunächst stammen oder wer ihr erster Fürst gewesen, oder wie sie zuerst hierher gekommen, von wo sie ausgewandert und wie sie in diesem Lande ansässig geworden sind, hab' ich nicht genügend zu ermitteln vermocht. Was jedoch aus den Andeutungen



tium, quae scripta reliquerunt, mihi videtur, breviter exponam. Et primum advertendum est, quod gens ista a principio non fuit hoc vocabulo nuncupata, sed postquam Karolus magnus eos ad fidem convertit, hoc nomen sibi assumpsere quasi in distinctionem ab aliis Saxonibus, cum quibus in paganismo eodem nomine nuncupabantur. Quia ergo ipsi primo ad fidem venerunt et Saxones orientales adhuc graviter bellabant contra principem sanctum, quasi gloriantes de sua conversione, se Westphalos, id est Westfideles nominare maluerunt. Alii dicunt quod phalos olim idem quod socius dicebatur, et sic Saxones, qui erant ultra Weseram, dicebantur Oestphali, qui citra Westphali, et secundum tales erat nomen antiquum. Quidam putant, quod sic dicti sint a quodam campo occiduo, sicut Westerwalder a silva nomen traxerunt. Quicquid horum verius est, non summopere curandum reor, cum hoc certum sit, quod antiquitus haec terra Saxoniam vocabatur, sicut adhuc in quibusdam locis de more est, quod conscriptiones et actus iudiciales ibidem fiunt sub Saxonum nuncupatione. Idem patet ex pluribus historiis, de quibus infra dicetur.

Nunc autem, ut coepimus, percontari libet, unde primum venerunt, qui hanc terram incolere et inhabitare coeperunt. Ubi est sciendum, quod Noe tres filios habuit, scilicet Sem, Cham et Japhet, ex quibus propagatum est universum genus hominum super terram post diluvium, ut dicitur Genesi X. Crescente autem multitudine populorum, cum adhuc omnes essent in terra Sennaar, turrem Babylon aedificaverunt et impediti divinitus intermiserunt opus inceptum propter confusionem linguarum. Fuerunt autem universo LXXII nationes sive progenies principales, quarum viginti septem descenderunt de Sem, triginta de Cham, et XV de Japhet. De quibus Augustinus XVI de civitate dei diligenter tractat, dicens inter cetera: Harum gentium vocabula partim manserunt, ita ut hodieque apparet unde fuerint derivata, sicut ex Assur Assyrii, ex



anderer Völker, die Schriften hinterlassen haben, als wahrscheinlich vorkommt, will ich in Kürze auseinandersetzen. Und zuerst ist zu bemerken, daß jenes Volk anfangs nicht mit diesem Namen benannt war, sondern sie nahmen diesen Namen erst an, nachdem sie vom großen Karl zum Christenthume bekehrt waren, um sich zu unterscheiden von den andern Sachsen, mit denen sie, so lange sie noch Heiden waren, gleichen Namen führten. Weil nun sie selbst zuerst zum Glauben kamen und die Ostsachsen noch schweren Krieg führten gegen den heiligen Fürsten, wollten sie sich, wie ihrer Bekehrung sich rühmend, lieber Westfalen, das heißt Westgläubige, nennen. Andere sagen, *fale* habe einst *ioviel* bedeutet als Genosse, und so seien die Sachsen, die jenseit der Weser wohnten, Ostfalen, die diesseitigen Westfalen genannt worden, und nach diesem war der Name ein alter. Manche meinen, dieselben seien von einem gewissen westlichen Felde so genannt worden, wie die Westermälder von einem Walde ihren Namen bekommen haben. Was davon das richtigere sei, darf uns, glaub' ich, nicht sehr kümmern, da soviel gewiß ist, daß das Land einst Sachsen hieß, wie das auch jetzt noch in manchen Gegenden üblich ist, weil Schriftstücke und gerichtliche Acten dort unter dem Namen der Sachsen ausgefertigt werden. Dasselbe ergibt sich aus mehreren Geschichten, von denen nachher die Rede sein wird.

Jetzt aber wollen wir, wie wir begonnen haben, nachforschen, woher diejenigen gekommen sind, die dieses Land zuerst anbauten und bewohnten. Hierbei ist zu wissen, daß Noah drei Söhne hatte, Sem, Ham, und Japhet, von denen das ganze Menschengeschlecht auf der Erde nach der Sündfluth, laut Genesis 10, abstammt. Da aber die Menge der Völker zunahm und alle noch im Lande Sennaar waren, bauten sie einen Thurm zu Babylon, wurden aber von Gott daran gehindert und gaben wegen der Sprachverwirrung den Bau auf. Es waren aber im Ganzen 72 Nationen oder Hauptstämme, von denen siebenundzwanzig von Sem, dreißig von Ham und fünfzehn von Japhet abstammten. Ueber diese handelt Augustinus im sechszehnten Buche vom Staate Gottes mit Sorgfalt, und unter Anderm sagt er: Die Benennungen dieser Völker sind zum Theil geblieben, so daß auch heutzutage noch



Heber Hebraei, partim temporis vetustate mutata sunt, ita ut vix homines doctissimi antiquissimas historias perscrutantes nec omnium sed aliquarum ex istis origines potuerint reperire, etc. Demum coacti filii Noe a se mutuo recedere, sortem miserunt, ut quaeque gens sciret, quam terram reciperet in possessionem. Tota autem terra nostra habitabilis divisa est in tres maximas partes, scilicet Asiam, Africam et Europam, quae filiis Noe distributa est. Cecidit ergo sors prima filiis Sem, ut Asiam possiderent, hoc est, ut in eodem loco, scilicet Sennaar et terris circumcirca adiacentibus remanerent. Cecidit sors secunda filiis Cham, ut Africam obtinerent, hoc est, ut a fratribus suis recederent usque ad Aegyptum et eam ceterasque regiones usque ad extremos fines maris atlantici incolerent. Aegyptus enim (ut aperte propheta regius David testatur) terra Cham dicitur. Mansit tamen Canaan filius Cham contra fas in Syria Palaestina, quae nunc Judaea dicitur ut terra promissionis, et ibi gentem constituit fortem et magnam cum multis titulis notis in scriptura sacra. Et quod iniuste fecit contra filios Sem, ideo post per Hebraeos, quibus Josue de mandato Domini praefuit, qui descenderant de femore Abraham, iuste eius posteritas deleta fuit, ut testatur beatus Augustinus in quodam sermone se legisse in sacris libris. Cecidit sors tertia filiis Japhet, ut Europam in possessionem acciperent, hoc est, ut mare mediterraneum transirent et loca residua inhabitarent. Unde dicitur, quod Japhet aedificavit Jaf civitatem antiquam, quae portus est ad insulas maris et nomine alio dicitur Joppen. Ac inde navigarunt filii eius ad loca deputata. Habuit autem Japhet inter ceteros filium quendam nomine Magog, a quo Gothi traxerunt originem secundum Hieronymum in libro de quaestionibus hebraicis. Ab isto Magog velut homine forti descendit stirps robustissima, quae scythica vel gothica dicitur, ad omnem iniuriam frigorum et caumatum usque in praesens impavida, unde et ob hoc terram paene inhabitabilem perdomuit et, quod dictu mirum est, suis



ersichtlich ist, woher sie abgeleitet sind, wie von Assur die Assyrer und von Heber die Hebräer; theils haben sie sich im Laufe der Zeit geändert, so daß kaum die gelehrtesten Leute, welche die ältesten Geschichten durchforschen, nicht die Herkunft aller, sondern nur einiger von ihnen entdecken konnten. Endlich gezwungen, sich zu trennen, warfen Noah's Söhne das Loos, damit jedes Volk wüßte, welches Land es zum Besiz bekäme. Unsere ganze bewohnbare Erde aber ist in drei sehr große Theile getheilt, nämlich in Asien, Afrika und Europa, und wurde unter Noah's Söhne vertheilt. Das erste Loos fiel den Söhnen Sem, daß sie Asien in Besiz bekamen, das heißt, daß sie in Sennaar und den umliegenden Ländern zurückblieben. Das zweite Loos fiel den Söhnen Ham, daß sie Afrika bekamen, das heißt, daß sie von ihren Brüdern sich bis nach Aegypten entfernten und dasselbe nebst den andern Ländern bis an die äußersten Grenzen des atlantischen Meeres bewohnten. Aegypten nämlich (wie der königliche Prophet David klärllich bezeugt) wird das Land Ham genannt. Es blieb jedoch Canaan, Ham's Sohn, widerrechtlich im syrischen Palästina, das jetzt als das Land der Verheißung Judäa genannt ist, und gründete ein großes und starkes Volk mit vielen aus der h. Schrift bekannten Namen. Und weil er unrecht gehandelt gegen die Söhne Sem, so wurde späterhin durch die Hebräer, die Josuah auf Befehl des Herrn anführte und die aus dem Samen Abrahams stammten, seine Nachkommenschaft mit Recht vernichtet, wie der h. Augustinus in einer Rede in der h. Schrift gelesen zu haben versichert. Das dritte Loos fiel den Söhnen Japhet, daß sie Europa zum Besiz bekamen, das heißt, daß sie das Mittelmeer überschritten und die übrigen Gegenden bewohnten. Darum heißt es, Japhet habe Jaf erbaut, eine alte Stadt und Hafen, den Inseln des Meeres gegenüber, sonst auch Joppe genannt. Von dortaus schifften seine Söhne nach den ihnen zugefallenen Ländern. Es hatte aber Japhet unter andern einen Sohn mit Namen Magog, von dem (nach Hieronymus in seiner Schrift über die hebräischen Fragepunkte) die Gothen abstammten. Von diesem Magog, einem starken Manne, kommt der sehr kräftige Volksstamm her, welcher der scythische oder gothische heißt und vor dem härtesten Froste und der glühendsten Hitze sich nicht scheut, weshalb es ihm auch gelungen ist ein



moribus servire coegit. Ubi alii timoris mortisque imaginem suspicabantur, illic isti secundum paene in orbe regnum, quod Scytharum dicitur, constituerunt, horrendus populus, quem olim magnus Alexander Macedo pertimuit, dicens: Qui victor esse cupit, a Gothis se absteineat. Novit eos tanquam vicinus quod et vilissimo cibo et vestitu inculto fortissima membra tegebant et nullis plumis assueta, coelo horrido simillima ingenia habentes. Hi sunt, quos Julius Pompeium debellans plus vicit celeritate quam potestate, glorificansque eos ait: Nunc scio hostem nostrum fortuna destitutum, quando talibus auxiliatoribus stipatus triumphare nequivit. Horum profugi Romam orbis dominam, Italiam, Africam, Lombardiam, Galliam, Hispaniamque per sexcentos annos mirabili ferocitate, nullo resistere valente, attriverunt. Et breviter plura concludendo de Gothorum potentia et triumphis insuspicabilibus pleni sunt libri tam paganorum quam christianorum. Verum licet regnum istud sit vetustissimum, tamen, quod barbarorum est, inter principalia regna non computatur. Unde propter populi illius grossitiem regio illa semper dicta est barbarica, extensa nimis, quod Maeotidis paludibus incipiens inter Danubium et oceanum septentrionalem usque ad Germaniam porrigitur, et est prima pars Europae. In ea regnavit Tanus primum de stirpe Japhet. De his Ungari et Dani processerunt, vicini eorum. Et haec quidem aperte in libris antiquitatum leguntur.

Nunc vero verisimiliter de aliis provinciis contiguis non irrationabiliter syllogizandum pariformiter aestimo, quod paullatim ex eisdem et ipsorum heredibus inhabitari primo coeperunt. Teste enim beato Hieronymo, ubi supra, ceteri filii Japhet alias terras occupaverunt, nec quisquam ad hanc inferiorem plagam septentrionalem pervenit. Igitur Poloni, Australes, Bohemi, Pruteni, Turingi, Hassones, Swevi, Franconii, Saxones et Westphalones ceterique Germaniae et Almaniae populi, ab eisdem filiis Japhet per lineam



fast unirthbares Land zu unterwerfen und, ein Wunder zu sagen, zur Annahme seiner Sitten zu zwingen. Wo andere ein Bild des Schreckens und Todes erblickten, da haben jene das zweitgrößte Reich der Welt, das scythische, gegründet, ein furchtbares Volk, vor dem einst der große Alexander aus Macedonien erbebte, sagend, wer Sieger sein will, halte sich fern von den Gothen. Als ihrem Nachbar war ihm bekannt, daß sie bei schlechtester Nahrung die kräftigen an Federbetten nicht gewöhnten Glieder mit roher Kleidung bedeckten und ein dem rauhen Klima entsprechendes Gemüth hatten. Sie sind es, die Cäsar, den Pompejus bekriegend, mehr durch Ueberraschung als durch Heeresmacht überwand, und zu deren Ehre er die Aeußerung that: Nun weiß ich, daß das Glück unserm Feinde den Rücken zugehrt, da er, von solchen Helden umgeben den Sieg zu erringen nicht vermochte. Ihre Auswanderer haben die Weltbeherrscherin Rom, Italien, Afrika, die Lombardei, Gallien und Hispanien sechshundert Jahre hindurch mit wunderbarer Wildheit, der niemand widerstehen konnte, aufgerieben, und um mich kurz zu fassen, von der Macht und den unglaublichen Triumphen der Gothen sind die Bücher der Heiden sowohl als der Christen voll. Obgleich aber dieses Reich ein sehr altes ist, so wird es doch, weil es ein barbarisches war, zu den Hauptreichen nicht gerechnet. Darum ist wegen der Rohheit jenes Volkes jenes Land stets ein barbarisches genannt worden, von übergroßer Ausdehnung, weil es, an den mäotischen Sümpfen beginnend, zwischen der Donau und dem nördlichen Ocean bis an Deutschland sich erstreckt und den größten Theil Europa's ausmacht. In ihm herrschte zuerst Tan vom Stamme Japhet. Von ihnen stammten die Ungarn und Dänen, ihre Nachbarn. So findet es sich klärllich in alten Schriften.

Wenn ich nun hieraus hinsichtlich anderer angrenzenden Provinzen einen Schluß ziehe, so glaube ich annehmen zu dürfen, daß dieselben nach und nach von ihnen und ihren Nachkommen bevölkert worden sind. Nach dem angeführten Zeugnisse des Hieronymus haben ja die übrigen Söhne Japhets andere Länder in Besitz genommen, und keiner ist in diesen niedrigeren nördlichen Landstrich gekommen. So nehme ich denn an, daß die Polen, Oestreicher, Böhmen, Prutener, Thüringer, Hessen, Schwaben, Franken, Sachsen und Westfalen, wie die übrigen Völker



scilicet Magog et successorum ipsius descendisse puto, quod in historiis nihil verisimilius reperire potui. Si tamen aliquae particulares conscriptiones seorsum de aliqua gente specialiter habentur, sicut de Frisonibus aut aliis forte quibusdam similibus, quae ad manus meas non pervenerunt, illarum fidei in nullo detrudere intendo, solummodo hic perquirens quae verisimilia esse coniector. Nec me latet pluribus provinciis alienos hospites ex more supervenisse ac principatum obtinuisse incolasque subegisse et suum titulum eisdem imposuisse, de quibus nunc sermo non est. Sufficit in hac parte prima originem nostrae Westphaliae tetigisse.

### Capitulum III.

#### De moribus Westphalonum antequam ad fidem converterentur.

Rem novam, ut supra protestatus sum, ago et idcirco correctorem in his suppliciter exoro ut, quae minus ad normam vadunt, ipse ad meliorem et certiore formam aptare dignetur. De vita ergo parentum nostrorum, ex quibus originem traximus, quoad pristinam aetatem, sicut et de ceteris gentibus, flebile est aliquid narrare, quoniam, ut ex multis signis perpendimus, omnes paene in miserabile illud sacrilegium sive idolatriae crimen corruerunt, dicente scriptura de behemoth, id est hoste antiquo: Absorbebit fluvium et non mirabitur, et habebit fiduciam quod Jordanis influat in os eius. Quod exponens beatus Gregorius dicit: Antiquus hostis pro magno non habet, quod infideles rapit, qui totum humanum genus paene per tot temporum spatia in ventrem suae malitiae traxit, sed insuper fiduciam habet, quod baptismo re-generatos absorbere possit. Ex his et aliis satis patet,



Germaniens und Allemanniens von diesen Söhnen Japhets durch die Linie Magog und seiner Nachfolger herstammen, da ich in den Geschichtsbüchern nichts wahrscheinlicheres finden konnte. Wenn es jedoch einige Specialschriften von irgend einem Volksstamme, wie von den Friesen und vielleicht auch von einigen andern giebt, die mir nicht zu Handen gekommen sind, so will ich deren Glaubwürdigkeit durchaus nicht in Abrede stellen, da ich hier nur das gebe, was ich für wahrscheinlich halte. Auch ist mir nicht unbekannt, daß in mehreren Provinzen fremde Gäste, wie zu geschehen pflegt, hinzugekommen sind, die Regierung an sich gebracht, die Einwohner unterjocht und ihnen ihren Namen aufgezwungen haben, wovon es sich hier nicht handelt. Es mag genügen, in diesem ersten Theile den Ursprung unseres Westfalens berührt zu haben.

### 3. Kapitel.

#### Von den Sitten der Westfalen vor ihrer Bekehrung zum Christenthume.

Wie ich schon oben erklärt habe, betrete ich ein noch unbebautes Feld, und so bitte ich den, der es besser weiß, herzlich, er wolle, was minder richtig ausfällt, selber in eine bessere und richtigere Form bringen. Von dem Leben unserer Voreltern, von denen wir entsprossen sind, in früherer Zeit, sowie von andern Völkern zu erzählen, ist betäubend, da sie, wie wir aus vielen Zeichen ersehen, fast alle in jenen bedauerlichen Greuel, das Verbrechen der Abgötterei, verfallen waren, wie die Schrift von dem Behemoth, das heißt dem alten Feinde, sagt: Er wird den Strom verschlucken und nicht erstaunen, und wird das Vertrauen hegen, daß der Jordan in sein Maul fließe. Dieß erklärend sagt der selige Gregorius: Der alte Feind hält es für nichts Großes, daß er die Ungläubigen fortrass, er, der fast das ganze Menschengeschlecht so lange Zeiten hindurch in den Bauch seiner Bosheit gezogen hat, und hegt sogar das Vertrauen, er werde auch die durch die Taufe Wiedergeborenen verschlingen können. Aus diesem und anderem erhellt genugsam, daß viele Tausend Jahre hindurch unsere Voreltern hier ungläubig gelebt haben